& quid passi sunt apostoli & in mundum
stephani corpus tanta funeris am
bitione precederent & facerent ei plan
ctum magnum ut illorum luctus in nostrum
gaudium uerteretur. Nam quod dicis eum
uigilias execrari. facit & hoc contra
uocabulum suum ut uelit dormire uigi
lantius & non audiat saluatorem dicen
tem; sic non potuistis una hora uigila
re mecum. Uigilate & orate ut non
ueniatis in temptationem; spiritus promptus
sed caro infirma; & in alio loco propheta
decantat; media nocte surgebam ut
confiterer tibi super iudicia iustitiae tuae;
Dominum quoque in euangelio legimus pernoc
tasse. & apostolos clausos carcere
tota nocte uigilasse ut illis psallen
tibus terra quateretur. Custos carceris
crederit. magistratus & ciuitas ter
rerentur; Loquitur paulus, orationi insis
tite uigilantes in ea; & in alio loco. In ui
giliis frequenter. Dormiat itaque uigi
lantius ab exterminatore & egypti cum egyp
tiis dormiens suffocetur. Nos dicamus
cum dauid. Non dormitabit neque obdor
miet qui custodit israhel. ut ueniat ad
nos sanctus & hir qui interpretatur uigil. &
si quando propter peccata nostra dormierit
dicamus ad eum; Exsurge quare obdor
mis domine! excitemus que illum. & in nauicula
fluctuante clamemus. Magister
saluator perimus; Plura dicere
uolueram. sed epistolaris breuitas

tacendi
pudorem nobis inponeret. & si tu li
brorum eius ad nos uoluisses mittere
catalenas. uteremur possemus ad eque
re scribere deberemus, Nunc autem
aerem uerberauimus & in tam illius
infidelitatem. quae omnibus patet.
quam nostram fidem aperuimus; Cete
rum si uolueris ... longiorem nos aduer
sus eum librum scribere, mitte neniam
illius & ineptias. ut iohannem baptistam
audiat predicantem. Iam securis ad ra
dicem arborum posita est; Omnis arbor
quae non facit fructum exciditur & in igne
mittetur;

XLII

HIERON AD CASTORINAM MATERTERAM

IOHANNES IOECCM APOSTOLUS
& euangelista in epistola sua ait,
Qui cumque odit fratrem suum homicida
est, & recte, cum homicidium ex odio
saepe nascatur. Quicumque autem odit et alia sigla
dio necdum percusserit animo tamen
homicida est; Cur ais tale principi
um salicet ut ueteri rancore deposi
to mundum pectoribus deo paremus
habitaculum, Irascimini inquit &
nolite peccare, hoc quid uellit in
tellegi apostolus plenius interpretatur,
sol non occidat super iracundiam uestram,
Quid agimus nos in die iudicii super
quorum iram non unius diei sed tan
torum annorum sol testis occubuit?
Dominus loquitur in euangelio,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0261